Quelle: https://manuscripta.at/?ID=812
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dencium, et sis omnibus sumentibus sanitas anime et corporis.
ut effugiat atque discedat ab eo loco quo aspersus fueris
omnis fantasia et nequicia vel versucia diabolice fraudis.
omnisque spiritus inmundus adiuratus. Per eum qui venturus
est iudicare viuos et mortuos. Alia

In mensam clemenciam tuam omnipotens eterne deus humiliter in
ploramus. ut hanc creaturam salis quam in usum humani
generis tribuisti. benedicere et sanctificare tua pietate
digneris. ut sit omnibus sumentibus sanitas mentis et corporis
et quicquid ex eo tactum vel aspersum fuerit careat in
mundicia. omnique inpugnacione spiritalis nequicie. Per.

Exorcizo te creatura aque Exorcismus aque
in nomine dei patris omnipotentis. et in nomine ihesu xpi.
filii eius domini nostri. ut fias aquas exorcizata. ad
effugandam omnem potestatem inimici. et ipsum inimicum
eradicare et explantare cum angelis suis apostaticis
per virtutem domini nostri ihesu xpi. Qui venturus.

Deus qui ad salutem humani generis Benedicit aque
maxima queque sacramenta in aquarum substancia
condidisti. adesto inuocationibus nostris. et elemento
huic multimodis purificationibus preparato virtutem
tue benedictionis infunde ut creatura mysteriis tuis
seruiens ad abiciendos demones. morbosque pellendos.
diuine gracie sumat effectum. et quicquid in domibus vel
in locis fidelium hec unda respserit. careat omni